uita laudabilis, & sit probris uberrima, si desiderat
ab umanitate laudari. Actio nostra si de bonis suis
fuerit electa, sordescit, protestantibus diuinis eloquiis,
qui uos laudant, seducunt uos, & subuertunt semitas
pedum uestrorum, splendorem pontificis res non lin
gua testetur, plus ducit claritas huius officii ueri
tatis indicio, quam loquelae. Ecce cernitis quam
tuta sit causa subiecti, & quantis discriminibus socia
ta praepositi, munia mea plus poteritis fulcire
gemitibus quam clamore. Nemo quod auribus leno
cinatur credat eximium, sermo noster nisi animae
meditur abiectus est. Illum praeferte, qui spiritali
falce sentibus purgat interna. Tunc pretiosum
pastoris diadema est, quando sucsioni eius grex eccle
siasticus, dum ad probitatem graditur, non repugnat.
Ille sine fuco monitorem & feriato ore diliget, qui
eius instituta sectatur, additur quod inperitia
nostra iustam sustinet de ipsa nouitate formidinem,
qui nuper de equilibus custodiam praeparanti, adsues
cimus de uniuersorum fieri necessitate suspecti;
& cui uix fuit pro se fida cautio, suscipit officium cunc
ta metuentis. Scimus quantum erit humilior fa
mulantibus, qui ad religiosum uocatur imperium.
Necesse est ut aliam extremae conditionis personis
obtemperet, cui imminet sic iubere, ait enim doctor
gentium, omnibus omnia factus sum, ut omnes ad
quirerem. Modo diuinitatis operatio adsit muneri
suo, & quem dignum apice tanto non inuenit efficiat.

## PRAEFATIO · MISSARUM ·

Dignum & iustum est, Uere dignum est, ut inter
exordia dignitatis tibi principiorum dn̄o sup
plicemus, qui mundi ipsius in nouam lucem prode
untis infantiam, quanto bonorum tuorum secreto
orditus es, tanta potentiae uirtute solidasti; stabat
in ea dimicatione sui stenenter orbis inchoatio, & pene

© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0327